

CONFIRMATIO.

12. Num quid igitur aliud in iudicium venit, nisi uter utri insidias fecerit? profectò nihil. Si hic illi, ut ne sit impunè: si ille huic; tum nos scelere solvamus. Quoniam igitur pacto probari potest, insidias Miloni fecisse Clodium? Satis est quidem in illa tam audaci, tan nefaria bellua, docere, magnam ei causam, magnam spem, in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse. Itaque illud Cassianum: *Cui bono fuerit*, in his personis valeat. Etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi sæpe parvo. Atqui, Milone interfecto, Clodius hoc assequabatur, non modò ut prætor esset non eo consule, quo sceleris nihil facere posset, sed etiam ut his consulibus prætor esset, quibus si non adjuvantibus, at conniventibus certè, sperasset se posse rempublicam eludere in illis suis cogitatis furoribus. Cujus illi conatus, ut ipse ratiocinabatur, nec, si possent, reprimere cuperent, cùm tantum beneficium ei se de-

CONFIRMACION.

12. Por ventura recae este juicio sobre otra cosa, sino sobre quien puso asechanzas á quien? sin duda que sobre ninguna otra cosa recae: para que, si este á aquel, lo pague; y si aquel á este, quedemos nosotros absueltos de culpa. ¿De qué modo pues se puede probar que Clodio puso asechanzas á Milon? basta por cierto en aquella fiera tan audaz y tan maldita, hacer ver, que se le propuso un gran motivo para la muerte de Milon en las grandes esperanzas, y en las grandes ventajas, que de ella le habian de resultar. Y así el dicho de Casiano, *para quien fuere de provecho*, en semejantes personas es en las que debe valer. Pues, aunque los buenos por ningun interés se mueven á hacer una maldad, los malos frecuentemente por poco. Es así que, muerto Milon, lograba Clodio, no solo el no ser pretor en el consulado de un sugeto, que no le habia de dejar hacer ninguna maldad, sino tambien el serlo en el de unos hombres, con cuya ayuda y favor, ó á lo menos disimulo, habia esperado hacer burla de la república, ejecutando aquellos sus desatinados intentos: que, como él discurria, ni ellos querrian atajar, aun quando pudiesen hacerlo, consi-

bere arbitrarentur; et, si vellent, fortasse vix possent, frangere hominis sceleratissimi corroboratam jam vetustate audaciam.

An verò, iudices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac urbe versamini, vestræ peregrinantur aures, neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur, quas ille leges (si leges nominandæ sunt, ac non faces urbis, et pestes reipublicæ) fuerit impositurus nobis omnibus, atque inustus? Exhibe, quæseo, Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse, è domo, et ex mediis armis, turbaque nocturna, tanquam Palladium, sustulisse, ut præclarum videlicet munus, atque instrumentum tribunatûs ad aliquem, si naectus esses, qui tuo arbitrio tribunatum gereret, deferre posses. Et aspexit me illis quidem oculis, quibus tum solebat, cùm omnia omnibus minabatur. Movet me quippe lumen curiæ.

13. Quid? tu me iratum, Sexte, putas tibi, cujus tu inimicissimum multò crudeliùs etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ postulare? Tu P. Clodii cruentum

derando que eran deudores de tan gran beneficio; y, aun cuando quisiesen, acaso apenas podrian quebrantar la osadía de un hombre perversísimo, corroborada ya con los años.

Pues que vosotros solos, Jueces, ignorais, vosotros sois estrangeros en esta ciudad, y vuestros oidos están muchas leguas de aquí y sin noticia de tanto como se ha hablado de las leyes (si se han de llamar leyes, y no feas encendidas para abrasar la ciudad, y peste de la república) de las leyes, digo, que nos habia de haber impuesto é impreso con hierro? Presenta, te pido, Sexto Clodio, presenta aquel cajon de vuestras leyes, que dicen que tú sacaste de su casa, y del medio de las armas, y tropel de la noche, como si fuera otro Paladio (12), para poder hacer con él un apreciable presente, y dar una bella instruccion para gobernarse en el tribunado, si hallases alguno, que le ejerciese á tu albedrio. Y me miró el hombre con aquellos ojos, con que solia, cuando amenazaba á todos, que haria, y acontecia. Muéveme ciertamente la luz de la curia **.

15. ¿Qué? tú, Sexto, piensas que yo estoy airado contigo, cuando has castigado (15) á mi mayor enemigo aun mucho mas cruelmente que podia pretender mi humanidad? Tú echaste de casa el cadaver ensan-

cadaver ejecisti domo : tu in publicum abjecisti : tu spoliatum imaginibus, exsequiis, pompâ, laudatione, infelicissimis lignis semiustulatum, nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. Quâ re, et si nefariè fecisti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem exprompsisti tuam, laudare non possum, irasci certè non debeo.

P. Clodii præturam non sine maximo rerum novarum metu proponi, et solutam fore, videbatis, nisi esset is consul, qui eam auderet, possetque constringere. Eum Milonem esse cùm sentiret universus populus romanus, quis dubitaret suffragio suo, se metu, periculo rempublicam liberare? At nunc, P. Clodio remoto, usitatis jam rebus enitendum est Miloni, ut tueatur dignitatem suam. Singularis illa huic uni concessa gloria, quæ quotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis, jam morte Clodii cecidit. Vos adepti estis, ne quem civem metueretis : his exercitationem virtutis, suffragationem consulatûs, fontem perennem gloriæ suæ perdidit. Itaque Milonis consulatus, qui, vivo Clodio, labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus

grentado de P. Clodio, tú le arrojaste á la calle, tú le dejaste despojado de imágenes, exequias, pompa y honras, medio quemado con una leña infelicísima, para que lo despedazaran los perros por la noche. Y aunque tú lo hiciste por necesidad, sin embargo, porque manifestaste tu crueldad en mi enemigo, aunque no lo puedo alabar, no debo ciertamente llevarlo á mal.

Mas volviendo al asunto, veiais, que se presentaba la pretura de P. Clodio acompañada de un veheméntísimo miedo de novedades, y que seria una pretura desarreglada, no siendo consul un hombre, que se atreviese y pudiese tenerla á raya. Conociendo todo el pueblo romano, que este hombre era Milon, quien dudaria libertarse con su voto á sí de miedo, y á la república de riesgo? Mas ahora, muerto P. Clodio, ya tiene que valerse Milon de los medios ordinarios para mantener su dignidad : aquella gloria singular concedida á este solo, que cada dia iba á mas con quebrantar los furores de Clodio, ya acabó con la muerte de este. Vosotros conseguisteis no tener que temer á ningún ciudadano : mas Milon perdió el ejercicio de su valor, el favor para el consulado, y la fuente perenne de su gloria. Y así cuando antes no podia ser desquiciado del consulado, viviendo Clodio, despues de muerto este, ya se comenzaron á hacer algunas tenta-

est. Non modò igitur nihil prodest, sed obest etiam P. Clodii mors Miloni.

At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor injuriæ, punitor doloris sui. Quid, si hæc, non dico majora fuerunt in Clodio, quàm in Milone, sed in illo maxima, nulla in hoc? quid vultis amplius? quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiam suæ gloriæ, præter hoc civile odium, quo omnes improbos odimus? Ille erat ut odisset, primùm defensorem salutis meæ, deinde vexatorem furoris, domitorem armorum suorum; postremò etiam accusatorem suum. Reus enim Milonis, lege Plotiâ, fuit Clodius, quoad vixit. Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis? quantum odium illius, et, in homine injusto, quàm etiam justum?

14. Reliquum est, ut jam illum natura ipsius, consuetudoque defendat; hunc autem hæc eadem coarguant: nihil per vim unquam Clodius; omnia per vim Milo. Quid ergo, judices? cum mærentibus vobis urbes cessi, judiciumne timui? non servos, non

tivas contra él. Tan lejos está pues de aprovechar á Milon la muerte de P. Clodio, que antes bien le daña.

Mas se dirá acaso: lo hizo el odio, lo hizo la ira, lo hizo la enemistad, fué á vengar su injuria, á tomar satisfaccion de sus resentimientos. ¿Qué me direis, si todas estas causas se hallaren, no digo en mas alto grado en Clodio que en Milon, sino en aquel en el mas alto, y en este en ninguno? ¿Qué mas quereis? porque, qué motivo tenia Milon para aborrecer á Clodio, fuente y materia de su gloria, fuera de este odio civil, con que aborrecemos á todos los malos? Clodio sí que tenia porque aborrecer á Milon, lo primero por defensor de mi vida, lo segundo porque refrenaba su furor, y domaba sus armas, y últimamente tambien por su acusador; porque en fuerza de la ley Plotia fué Clodio reo de Milon, mientras vivió. Como os parece á vosotros que llevó esto el tirano? ¿Cuan grande pensais que fué su odio, y aun eran justo para ser él un hombre injusto?

14. Resta el que ya defiendan á Clodio sus inclinaciones y conducta, y á Milon le hagan estas mismas culpables. Clodio nunca jamas se valió de la fuerza para nada; Milon todo lo llevaba por la via de la fuerza. Pues qué, Jueces, cuando con sentimiento vuestro me salí (14) de la ciudad, fué de temor del juicio, ó

arma, non vim? Quæ fuisset igitur causa restituendi mei, nisi ei fuisset injusta ejiciendi? Diem mihi, credo, dixerat: multam irrogarat, actionem perduellionis intenderrat; et mihi, videlicet, in causa aut mala, aut mea non et præclarissima, et vestra judicium timendum fuit. Servorum, et egentium civium, et facinorosorum armis meos cives, meis consiliis, periculisque servatos, pro me objici nolui.

Vidi enim, vidi hunc ipsum Q. Hortensium, lumen et ornamentum reipublicæ, pene interfici servorum manu, cum mihi adesset: qua in turba C. Vibienus, senator, vir optimus, cum hoc cum esset una, ita est multatus, ut vitam amiserit. Itaque quando illius postea sica illa, quam à Catilina acceperat, conquevit? Hæc intentata nobis est: huic ego vos objici pro me non sum passus: hæc insidiata Pompeio est: hæc istam Appiam, monumentum sui nominis, nece Papirii cruentavit: hæc, hæc eadem longo intervallo conversa rursus est in me: nuper quidem, ut scitis, me ad regiam pene confecit.

Quid simile Milonis? cujus vis omnis hæc

de los esclavos, las armas y la violencia? ¿Cómo pues hubiera habido causa justa para restituirme á la patria, si no hubiera sido echado injustamente? sin duda que me habia emplazado, impuesto multa, y acusado de haber hecho alguna muerte: y yo debí, Jueces, temer el juicio en una causa, si mala, vuestra; si mia, gloriosísima. No quise esponer en defensa de mi vida las de mis conciudadanos, conservadas con mis consejos, y á costa de mis riesgos, á las armas de los esclavos, de los ciudadanos miserables, y facinerosos.

Porque ví, ví á este mismo Q. Hortensio, honra, y lustre de la república, á pique de morir á manos de los esclavos, estando á mi lado: en el cual alboroto fué tan maltratado el senador C. Vibieno, hombre muy de bien, que se hallaba junto á este, que de resultas murió. Y así cuando estuvo quieta despues aquella su daga, que habia recibido de Catilina? Con esta se nos amenazó muchas veces: á esta no permití yo que os espusieseis por mí: esta anduvo tras quitar la vida á Pompeio: esta ensangrentó con la muerte de Papirio en ese camino Apio, monumento de su nombre: esta, esta misma despues de largo tiempo se volvió segunda vez contra mí, y poco ha, como sabeis, faltó poco para que acabase conmigo junto al palacio.

Qué ha hecho Milon, que se parezca á esto, cuando

semper fuit, ne P. Clodius, cum in iudicium detrahi non posset, vi oppressam civitatem teneret. Quem si interficere voluisset, quantæ, quoties occasiones, quàm præclaræ, fuerunt? Potuitne, cum domum ac deos penates suos, illo oppugnante, defenderet, jure se ulcisci? Potuitne, cive egregio et viro fortissimo P. Sextio, collegâ suo, vulnerato? Potuitne, Q. Fabricio, viro optimo, cum de reditu meo legem ferret, pulso, crudelissimâ in foro cæde factâ. Potuitne, L. Cæcili, justissimi fortissimique prætoris, oppugnatâ domo? Potuitne illo die, cum est lata lex de me? cum totius Italiæ concursus, quem mea salus concitarat, facti illius gloriam libens agnovisset, ut, etiamsi id Milo fecisset, cuncta civitas eam laudem pro sua vindicaret.

15. Atqui erat id temporis clarissimus, et fortissimus consul, inimicus Clodio, P. Lentulus, ultor sceleris illius, propugnator senatûs, defensor vestræ voluntatis, patronus illius publici consensûs, restitutor solutis meæ: septem prætores, octo tribuni

toda su violencia siempre se redujo á no dejar á Clodio tener oprimida con la fuerza la ciudad, ya que no se le podia arrastrar al tribunal, al cual si hubiera querido matar, euan buenas ocasiones se le presentaron, euan tantas veces, y euan gloriosas! ¿Por ventura no pudo vengarse con razon, defendiendo su casa y Dioses Penates contra el ataque de aquel? no pudo, cuando fué herido el escelente ciudadano, y esforzadísimo varon P. Sextio, su compañero? ¿No pudo, cuando se echó de la plaza, despues de haber hecho en ella una horrible matanza, á Fabricio, un hombre tan bueno, que estaba proponiendo la ley acerea de mi vuelta? ¿No pudo, cuando fué combatida la casa del justísimo y esforzadísimo pretor Lucio Cecilio? ¿No pudo en aquel dia, en que se hizo la ley acerea de mí? Cuando la concurrencia de toda la Italia, que mi defensa habia traído á Roma, hubiera reconocido gustosa la gloria de aquel hecho, de manera, que aunque le hubiese hecho Milon, toda la ciudad se apropiaria á sí aquella alabanza.

15. Pues entonces habia en la república un consul esclarecidísimo, y esforzadísimo, enemigo de Clodio, que era P. Léntulo, vengador de su maldad, defensor del senado, protector de vuestra voluntad, patrono de aquel público consentimiento, y restablecedor de mi estado; habia siete pretores, y ocho tribunos de la

plebis, illius adversarii defensores mei; Cn. Pompeius auctor et dux mei reditûs, illius hostis: cujus sententiam senatus omnis de salute mea gravissimam et ornatissimam secutus est, qui populum romanum cohortatus est: qui cùm de me decretum Capuæ fecit, ipse, cunctæ Italiæ cupienti, et ejus fidem imploranti, signum dedit, ut ad me restituendum Romam concurrerent. Omnia tum denique in illum odia civium ardebant desiderio mei; quem qui tum interemisset, non de impunitate ejus, sed de præmiis cogitaretur.

Tamen se Milo continuit, et P. Clodium ad judicium bis, ad vim nunquam vocavit. Quid? privato Milone, et reo ad populum, accusante P. Clodio, cùm in Cn. Pompeium pro Milone dicentem impetus factus est; quæ tum non modò occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit? Nuper verò cùm M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset, gravissimamque adolescens nobilissimus reipublicæ partem fortissimè suscepisset, atque illam belluam, judicii laqueos declinantem, jam irretitam teneret: qui locus, quod tempus illud, dii

plebe, que eran contrários de él, y mis defensores; había un Cn. Pompeio, autor y adalíz para mi vuelta, y su enemigo: cuyo parecer gravísimo y elocuentísimo acerca de mi vuelta siguió todo el senado; el cual exhortó y persuadió á este fin al pueblo Romano, y habiendo hecho en Capua un decreto acerca de mí, el mismo levantó la bandera á toda la Italia que lo deseaba, é imploraba su favor, para que concurriese á Roma para mi restablecimiento. Todos los ciudadanos en fin estaban entonces encendidos en odio contra él por mi falta, y no se pensaria en libertar de castigo, sino en premiar á cualquiera, que entonces le hubiera muerto.

Sin embargo Milon se contuvo, y por dos veces acudió á las leyes contra Clodio, mas ninguna á la fuerza. Qué ¿siendo particular Milon, y reo ante el pueblo, acusandole P. Clodio, cuando se acometió á Cn. Pompeio, que estaba hablando á favor de Milon, qué ocasion aquella, y no solo ocasion, sino aun causa para acabar con él? ¿Y poco ha, cuando M. Antonio hizo concebir á todos la grande esperanza de quedar de una vez libres de riesgo, habiéndose empeñado el joven nobilísimo en hacer el mayor servicio á la república, y teniendo ya presa en el lazo aquella fiera, que huía de los de la justicia, qué lugar aquel, Dioses inmortales, qué ocasion aquella tan oportuna? ¿habiéndo-

immortales! fuit? cùm se ille fugiens in
 scalarum tenebras abdidisset, magnum Mi-
 loni fuit conficere illam pestem nullâ suâ
 invidiâ, Antonii verò maximâ gloriâ? Quid?
 comitiis in campo quoties potestas fuit,
 cùm ille vi in septa irruisset, gladios dis-
 tringendos, lapides jaciendos curasset,
 deinde subitò, vultu Milonis perterritus,
 fugeret ad Tiberim, vos et omnes boni vota
 faceretis, ut Miloni uti virtute suâ libe-
 ret?

16. Quem igitur cum omnium gratia no-
 luit, hunc voluit cum aliquorum querela?
 quem jure, quem loco, quem tempore,
 quem impunè non est ausus; hunc injuriâ,
 iniquo loco, alieno tempore, periculo capi-
 tis, non dubitavit occidere? Præsertim, ju-
 dices, cùm honoris amplissimi contentio,
 et dies comitorum subesset: quo quidem
 tempore (scio enim, quàm tímida sit ambi-
 tio, quantaque, et quàm sollicita cupiditas
 consulatûs) omnia non modò, quæ repre-
 hendi palam, sed etiam quæ obscurè cogi-
 tari possunt, timemus: rumorem, fabulam
 falsam, fictam, levem perhorrescimus: ora

dose él ido á esconder huyendo á la oscuridad de unas
 escaleras, tuvo que hacer Milon en acabar con aquella
 peste de la república, sin ningun aborrecimiento suyo,
 y antes con grandísima gloria de Antonio? ¿y en el
 campo Marcio en las elecciones cuantas veces pudo ha-
 cerlo, cuando él habia entrado por fuerza en la em-
 palizada (15), hecho empuñar las espadas, tirar pie-
 dras, y despues, de repente amedrentado con la vista
 de Milon, huía al Tiber, haciendo votos vosotros, y
 todos los buenos, para que quisiese Milon valerse de
 su valor?

16. Cuando no quiso pues matarle con gusto de
 todos, le quiso matar con queja de algunos? ¿ Cuando
 no se atrevió á matarle con razon, en lugar ventajoso,
 en tiempo oportuno, é impunemente: no dudó ha-
 cerlo sin razon, en lugar ventajoso á su contrario, en
 mala ocasion, y con riesgo de la vida? particularmente,
 Jueces, cuando estaba cerca la contienda sobre el em-
 pleo mas elevado, y el dia de las elecciones: en el cual
 tiempo (sé bien cuán tímida es la ambicion, cuán
 grande, y cuán lleno de cuidados el deseo del consu-
 lado) todo lo tememos, no solo lo que puede reprehen-
 derse públicamente, sino tambien lo que se puede
 pensar en el interior: un rumor, un cuento forjado,
 falso, frívolo, nos pone espanto: á todos les miramos
 á las caras, y á los ojos: porque no hay cosa tan de-

omnium, atque oculos intuemur. Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quàm voluntas erga nos, sensusque civium: qui non modò improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam in rectè factis sæpe fastidiunt.

Hunc diem igitur campi speratum, atque exoptatum sibi proponens Milo, cruentis manibus scelus, et facinus præ se ferens, et confitens, ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat? quàm hoc non credibile in hoc? quàm idem in Clodio non dubitandum, qui se, interfecto Milone, regnaturum putaret? Quid, quod caput audaciæ est, iudices? quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem? In utro igitur hæc fuit? in Milone? qui etiam nunc reus est facti, aut præclari, aut certè necessarii? an in Clodio, qui ita judicia, pœnamque contempserat, ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret?

Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? Te, Q. Petili, appello, optimum, et fortissimum civem; te, M. Cato, testor; quos mihi divina quædam sors dedit judi-

licada, tan tierna, tan fragil, ó flexible, como el afecto de los ciudadanos para con nosotros, y el concepto, que de nosotros han formado, y así no solo se irritan contra la maldad de los pretendientes, sino que aun muchas veces los disgusta lo bien hecho.

¿Representándose pues así Milon este dia de las elecciones, esperado y deseado, se venia á aquellos augustos auspicios de las centurias, manifestando y confesando en sus manos ensangrentadas la maldad, que habia hecho? ¿Cuán poco creible es esto en este? ¿al mismo tiempo, cuán indubitable en Clodio, que pensaba reinar, muerto Milon? ¿Y qué diremos, Jueces, de lo que voy á decir, que es la principal fuente de la osadía? ¿quién ignora, que la esperanza de la impunidad es el mayor cebo para delinquir? ¿Qual pues la tuvo de los dos? ¿Milon, que aun ahora es acusado de un hecho, ó esclarecido, ó á lo menos forzoso: ó Clodio, que habia despreciado de manera la justicia, y el castigo, que nada le gustaba que no fuese, ó injusto por naturaleza, ó prohibido por las leyes?

¿Mas para que me canso en disputar? ¿A tí apelo, Q. Petilio, ciudadano de la mayor bondad y fortaleza, á tí, M. Caton, pongo por testigo, ya que una suerte celestial me os dió por jueces. Vosotros oisteis de boca

ces. Vos ex M. Favonio audistis, Clodium sibi dixisse, et audistis, vivo Clodio; perituum Milonem triduo. Post diem tertium gesta res est, quàm dixerat. Cùm ille non dubitaret aperire, quid cogitaret; vos potestis dubitare, quid fecerit?

17. Quemadmodum igitur eum dies non fefellit? dixi equidem modò. Dictatoris Lanuvini stata sacrificia nosse, negotii nihil erat. Vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuvium illo ipso, quo profectus est, die. Itaque antevertit. At quo die! quo, ut antè dixi, insanissima concio ab ipsius mercenario tribuno plebis est concitata: quem diem ille, quam concionem, quos clamores, nisi ad cogitatum facinus approperaret, nunquam reliquisset. Ergo illi ne causa quidem itineris, etiam causa manendi: Miloni manendi nulla facultas, exeundi non causa solum, sed etiam necessitas fuit.

Quid, si, ut ille seivit, Milonem fore eo die in via, sic Clodium Milo ne suspicari quidem potuit? Primùm quæro, qui scire potuerit? quod vos idem in Clodio quærere non potestis. Ut enim neminem alium, nisi T. Patinam, familiarissimum suum, rogas-

de M. Favonio, y lo oisteis viviendo aun Clodio, que este le habia dicho, que moriria Milon dentro de tres dias: el caso pasó tres dias despues, que lo habia dicho: cuando él no dudaba descubrir lo que pensaba hacer, podreis vosotros dudar qué habrá hecho?

17. ¿Cómo pues supo el día? ¿ya lo dije poco ha: el saber los sacrificios anuales del dictador de Lanuvio, era cosa bien facil: vió que le era preciso á Milon partir á Lanuvio en aquel mismo dia, en que partió; y así se adelantó. ¿Mas en qué dia? en un dia, en que como dije antes, el tribuno de la plebe, que tenia asalariado, alborotó aquella junta furiosísima: el cual dia, junta, y clamores, seguramente nunca él los hubiera dejado, si no fuera por correr presuroso á la ejecución de la maldad pensada. Luego Clodio no tuvo motivo para el viaje, antes sí para quedarse; y al contrario Milon, sin arbitrio para no salir, tuvo no solamente motivo, sino aun precision de hacer el viaje.

¿Y qué se dirá, si, como él supo que Milon estaria aquel dia en camino, Milon por el contrario, ni aun lo pudo sospechar de Clodio? ¿Primeramente pregunto cómo lo pudo saber? la cual pregunta no me podreis vosotros hacer en Clodio: pues aunque no hubiera preguntado á ningun otro, sino á su grande

set, scire potuit, illo ipse die Lanuvii à dictatore Miloni prodi flaminem necesse esse. Sed etiam permulti alii, ex quibus id facilimè scire posset: omnes scilicet Lanuvini. Milo de Clodii reditu unde quæsivit? Quæsierit sanè. Videte, quid vobis largiar. Servum etiam, ut Arrius, meus amicus, dixit, corruerit. Legite testimonia testium vestrorum. Dixit C. Cassinius, cognomento Schola, Interamnas, familiarissimus et idem comes P. Clodii: cujus jam pridem testimonio Clodius eadem horâ Interamnæ fuerat, et Romæ, P. Clodium illo die in Albano mansurum fuisse: sed subitò ei esse nuntiatum, Cyrum architectum esse mortuum: itaque Romam repentè constituisse proficisci. Dixit hoc comes item P. Clodii C. Clodius.

18. Videte, iudices, quantæ res his testimoniis sint confectæ. Primum certè liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, ut insidiaretur in via Clodio: quippe qui ei obvius futurus omnino non erat. Deinde (non enim video, cur non meum quoque agam negotium) scitis, iudices, fuisse, qui

amigazo T. Patina, pudo saber que Milon aquel mismo dia habia de nombrar por precision sacerdote en Lanuvio: pero aparte de este habia otros muchísimos, de los que podia saberlo muy fácilmente, es á saber, todos los de Lanuvio. Al contrario Milon á quien preguntó acerca de la vuelta de Clodio? Mas enhorabuena que haya preguntado: mirad cuanto os doy de barato: sea así enhorabuena, que haya sobornado á un esclavo, como dijo mi amigo Arrio. Leed las deposiciones de vuestros testigos. C. Casinio, por sobrenombre Scola, que es de Interamna, muy familiar, y al mismo tiempo compañero de P. Clodio, por cuyo testimonio en tiempos pasados Clodio se habia hallado en una misma hora Interamna y en Roma, depuso que P. Clodio se habia de haber quedado aquel dia en Albano; mas que impensadamente habia tenido aviso de haber muerto el arquitecto Ciro, y que así habia determinado de pronto partir para Roma: esto mismo declaró C. Clodio, compañero tambien de P. Clodio.

18. Ved, Jueces, cuantas cosas, y de entidad, se han logrado con estas declaraciones. Primeramente Milon queda ciertamente libre de la sospecha de que hubiese salido de Roma con ánimo de poner asechanzas a Clodio, supuesto que de ninguna manera se habia de encontrar con él. Despues (porque no veo porqué no haga tambien mi negocio) sabeis que hubo

in hac rogatione suadenda dicerent, Milonis manu cædem esse factam, consilio verò majoris alicujus. Videlicet me latronem, ac sicarium abjecti homines, et perditii describebant. Jacent suis testibus ii, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro audisset, fuisse rediturum. Respiravi: liberatus sum: non vereor, ne, quod ne suspicari quidem potuerim, videar id cogitasse.

Nunc persequar cætera; nam occurrit illud: igitur ne Clodius quidem de insidiis cogitavit, quoniam fuit in Albano mansurus: si quidem exiturus ad cædem è villa non fuisset. Video enim illum, qui dicitur de Cyri morte nuntiasse, non id nuntiasse, sed Milonem appropinquare. Nam quid de Cyro nuntiaret, quem Clodius Romam profisciscens reliquerat morientem? Unà fui: testamentum simul obsignavi cum Clodio: testamentum autem palam fecerat, et illum hæredem, et me, scripserat. Quem pridie horâ tertiâ animam efflantem reliquisset, eum mortuum postridie horâ decimâ denique ei nuntiabatur?

19. Age, sit ita factum: quæ causa, cur

quienes dijeron, cuando se persuadia esta ley, que la muerte se habia hecho por la mano de Milon; mas que habia sido por consejo de otro de mas suposicion: Sin duda me señalaban á mí por ladron y asesino, esos abatidos y perdidos. Mas estan por el suelo por sus mismos testigos, los cuales dicen, que Clodio no habia de haber vuelto á Roma, si no se le hubiera avisado de la muerte de Cyro: gracias á los Dioses que ya puedo respirar: ya quedé libre, ni temo que parezca que he pensado lo que ni aun pude sospechar.

Ahora iré á lo demas; pues ocurre este reparo: tampoco Clodio pensó en asechanzas, supuesto que habia de haber permanecido en Albano: eso seria, si no hubiera de haber salido de la quinta para hacer la muerte. Porque lo que yo veo es que aquel, que se dice, que le dió aviso de la muerte de Cyro, no le dió esta noticia, sino la de que llegaba cerca Milon: porque a qué fin avisarle de Cyro, á quien Clodio al partirse de Roma habia dejado moribundo? Yo me hallé allí juntamente con Clodio, sellé juntamente con él el testamento, y le habia hecho abierto, dejándonos á él y á mí por herederos. Si le habia dejado el dia antes á cosa de las nueve de la mañana espirando, se le habia de avisar al otro dia á las cuatro de la tarde, que habia muerto?

19. ¿Mas sea así en horabuena: qué motivo tenia

Romam properaret? cur in noctem se con-
jiceret? Quid afferebat causa festinationis?
Quòd heres erat. Primùm erat nihil, cur
properato opus esset: deinde, si quid esset,
quid tandem erat, quod eà nocte consequi
posset: amitteret autem, si postridie manè
Romam venisset? Atque, ut illi nocturnus
ad urbem adventus vitandus potiùs, quàm
expetendus fuit: sic Miloni, cùm insidiator
esset, si illum ad urbem noctu accessurum
sciebat, subsidendum, atque expectandum
fuit. Noctu invidioso, et pleno latronum in
loco occidisset. Nemo ei neganti non credi-
disset, quem esse omnes salvum, etiam con-
fitemem, volunt. Sustinisset hoc crimen
primùm ipse ille latronum occultator et re-
ceptator locus, dum neque muta solitudo
indicasset, neque cæca nox ostendisset Mi-
lonem: deinde ubi multi ab illo violati,
spoliati, bonis expulsi, multi etiam hæc ti-
mentes in suspicionem caderent: tota deni-
que rea citaretur Etruria. Atque illo die
certè Aricià rediens devertit Clodius ad se
in Albanum. Quod ut sciret Milo illum Ari-
ciæ fuisse, suspicari tamen debuit, eum,
etiamsi Romam illo die reverti vellet, ad

para su apresurada venida á Roma? ¿para hacer el
viage de noche? ¿qué era lo que le metia prisa? ¿el
que era heredero? ¿primeramente no había ningun
motivo, que hiciese necesaria la aceleracion: despues,
si alguno hubiese, qué cosa seria la que podia conse-
guir en aquella noche, y la perderia, si llegaba al otro
dia por la mañana á Roma? Y así como él debió evitar
antes que desear el llegar de noche á la ciudad: así
por el contrario Milon, si era el que ponía las ase-
chanzas, y sabia que Clodio habia de llegar á la ciudad
de noche, debió detenerse y aguardar, le hubiera
muerto de noche en un parage infamado, y lleno de
salteadores: todos le hubieran creído negando el he-
cho, pues, aun confesándole, todos le desean ver libre.
No descubriendo á Milon la muda soledad, y la noche
oseura, se hubiera echado la culpa al mismo sitio, lo
uno porque sirve de abrigo y guarida á los ladrones;
lo otro, porque muchos maltratados en él por Clodio,
despojados, echados de sus posesiones, y aun muchos
que temian estos daños, serian sospechosos; y aun
seria citada por rea toda la Etruria. Y en aquel dia
Clodio de seguro, volviendo de Aricia, torció el ca-
minó para ir á Albano; y ya que no supiese Milon,
que él habia estado en Aricia, sin embargo debió sos-
pechar, que, aunque quisiese volver aquel dia á Roma,
torceria el camino para ir á su quinta, que estaba

villam suam, quæ viam tangeret, deversurum. Cur neque antè occurrit, ne ille in villa resideret; nec eo in loco subsedit, quo ille noctu venturus esset?

Video adhuc constare omnia, iudices: Miloni etiam utile fuisse Clodium vivere; illi ad ea, quæ concupierat, optatissimum interitum Milonis: odium fuisse illius in hunc acerbissimum; in illum hujus nullum: consuetudinem illius perpetuam in vi inferenda; hujus tantum in repellenda: mortem ab illo denuntiata Miloni, et prædictam palam; nihil unquam auditum ex Milone: protectionis hujus diem illi notum; reditum illius huic ignotum fuisse: hujus iter necessarium; illius etiam potius alienum: hunc præ se tulisse, se illo die Romam exiturum; illum eo die se dissimulasse rediturum: hunc nullius rei mutasse consilium; illum causam mutandi consilii finxisse: huic, si insidiaretur, noctem prope urbem exspectandam: illi, etiamsi hunc non timeret, tamen accessum ad urbem nocturnum fuisse metuendum.

20. Videamus nunc id, quod caput est:

junto á él: porque no le salió al encuentro antes, no fuese que se quedase en ella, ni le aguardó en parage, adonde él hubiese de llegar de noche?

Veo, Jueces, que hasta aquí no hay contradicción ninguna: que á Milon, lejos de serle perjudicial, antes le era útil que Clodio viviese; y al contrario á este ninguna cosa le era mas de desear para sus designios, que la muerte de Milon: que el odio de aquel contra este fué terribleísimo; y el de este contra aquel ninguno: que aquel siempre acostumbró usar de violencia, y este solo repelerla: que aquel amenazó con la muerte á Milon, y se la predijo públicamente, y jamas se oyó de Milon palabra ninguna tocante á eso: que aquel sabía el día de la partida de este; y este ignoraba la vuelta de aquel: que el viage de Milon era preciso; y el de Clodio aun fuera de tiempo: que Milon no anduvo con misterio en orden á su salida aquel día de Roma; y Clodio ocultó que volvería en dicho día: que Milon en nada varió su determinación; y Clodio fingió motivo para mudar de parecer: que Milon, si en efecto pusiese asechanzas, debió esperar por la noche cerca de la ciudad; y Clodio, aun quando no temiese á este, sin embargo debió temer el acercarse por la noche á ella.

20. Vamos ahora á lo principal: veamos por fin á